

**3673** I. o. m. | et Soli divino | et Genio | venalici | Q. Iulius Maximi | lib. Felix | cum Iulia | Q. f. Romana | coniuge libens anim. | vot. solvit, | imp. !!!!!!!!!!!<sup>1</sup> | Caesar. Aug. Ger. XII, | Ser. Cornelio Dolabella cos.<sup>2</sup>

*Romae rep. una cum iis quae praecedunt (VI 598 vidit Henzen). — 1) Domitiani nomen abrasum. — 2) A. 86.*

**3674** Iovi o. m. | et deae Suriae | et Genio venalici | C. Granius Hilarus | cum Lissia Sabina | v. v.

*Romae, incertum quo loco urbis rep. (VI 399 aliquoties descripta saec. XVI).*

**3675** Genio | Noricorum<sup>1</sup> | L. Iulius Bassus | stationarius<sup>1</sup> | eorum | d. d.

*Romae, incertum quo loco urbis rep. (VI 250 vidit Henzen). — 1) Stationes municipiorum ad forum Romanum memorat Plinius h. n. 16, 44, 236, 'tabernas circa forum civitatibus ad stationem locatas' Suet. Ner. 37. Eo loco, ubi haec ara dedicata erat, civitates Norici stationem suam habuisse, stationario eorum curam agente, probabiliter putat Mommsen.*

**3676** Genio | senatus.

*Siccae Veneriae (Kef) in provincia proconsulari Africa (VIII S. 13848 vidit Schmidt). — In provincia Asia non raras dedicationes sunt θεῶν συγκλήτων factae.*

**3677** Genio | plebei.<sup>1</sup>

*Romae rep. ad Appiam, nunc Mediolani (VI 249 vidit Mommsen). — 1) Potest spectare ad plebem collegii alicuius. Naronae in Dalmatia Genio plebis dedicatus est titulus III 1775.*

**3678** Genius | populi | Romani.

*Romae, rep. ad sacram viam inter clivum Capitolinum et basilicam Iuliam, saxum quod videtur fuisse pars pavimenti basilicae Iuliae, inscriptum ab otioso quodam, aetate labente (vix ante saec. p. Chr. quintum); nunc in museo thermarum Diocletianarum (VI 248 vidit Henzen cum amicis). Per longitudinem eiusdem lapidis iisdem plane litteris inter duas phallorum figuras scriptum est: Orfite | cinede, qui | [b]is promisisti pedi|care et non biti dare (= vis te dare). Priora qui scripsit, in mente (et ante oculos) habuisse videtur Genium populi Romani ab Aureliano in Rostris dedicatum (cf. Jordan Top. I, 2 p. 377). Titulus est similis eorum quos composuit Huelsen CIL. VI 29849<sup>a</sup> seq.*

**3679**

|                    |                   |                    |
|--------------------|-------------------|--------------------|
|                    | P. Tullius Felus  |                    |
| G. p. <sup>1</sup> | fecit officinator | R. f. <sup>1</sup> |
|                    | insule Vitaliane  |                    |
|                    | donum fecit       |                    |
|                    | (serpens).        |                    |

*Romae in Esquilino (via delle Sette Sale), in pariete quodam pictum (Gatti Notizie 1895 p. 80). — 1) Genio populi Romani feliciter (Gatti).*

**3680** . . . ico . . . | quis hanc ara[m] | laeserit, habeat | Genium iratum | populi Romani | et numina divo|rum.

*Romae, nunc Urbini (VI 29944 vidit Bormann).*

*Praeterea inscriptiones Geniorum passim reperiuntur per totum hoc opus (cf. in indice).*